Cura animarum Monachis Baſilienſibus Congregationis Ruthenæ, in defectum tantum Clericorum ſæcularium, & ſub certa methodo, committi promittitur LV. § 7. *p.* 181.
Monachi ſic aſſumpti, in omnibus curam animarum reſpicientibus Epiſcopo fiunt ſubjecti *ibid.*

D

DAMNATIO, ac proſcriptio Libri gallico idiomate abſque Auctoris nomine, & impreſſionis loco editi, ac duobus Tomis conſtantis. VII. *p.* 18.
Damnatio, ſeu proſcriptio Librorum noxiorum Vid. *Libri*.
DATIA. Vid. *Ferrarienſium privilegia*.
DECIMÆ Papales non præſtantur ex Bonis Inquiſitionum, XLVI. § 41. *p.* 121.
DECLINATORIA Fori quomodo proponenda ab Officialibus Inquiſitionis, ut Cauſa ad Tribunal S. Officii avocetur. XLVI. § 21. *p.* 119.
DECRETA in Cauſis Beatificationis, ſeu Canonizationis Andreæ Bobla Sacerdotis profeſſi Soc. Jeſu, nec non Pauli Card. Buralis afferuntur. *In Append. p.* 249. *& p.* 251.
DEDICATIO Eccleſiæ ob incendium, Terræmotum, aliud veſimile infortunium dirutæ, & ſubinde reſtitutæ, quando iterari debeat; LVIII. § 7. *p.* 187. Vid. *Conſecratio*.
Dedicatio Eccleſiæ S. Juliani de Lepia, ſeu Lepida quomodo peracta fuerit ab Urbano Papa III. *In Append.* § 12. *p.* 252. Vid. *Conſecratio*.
DEFENSORES, excedentes modum, vel contra ſe invicem, vel contra Ordinario; horumque Officiales, in defenſione Reorum, pro ratione delicti puniri jubentur. XXVI. § 22. *p.* 113.
DEFERENTES arma vetita, quibus pœnis fiant obnoxii? VIII. *p.* 19. Vid. *Arma*.
DEGRADATIO Sacerdotum fieri poteſt ab Epiſcopo una cum Abbatibus. *In App.* § 21. *p.* 250.
DELEGATO Apoſtolico ſemper committi conſuevit regimen, & juriſdictio Monaſterii Monialium Ordinis S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis ſiti, & ampliſſima juriſdictione donati LXI. § 5. *& ſeq. p.* 209.
Quanta ſit hujuſmodi Delegati juriſdictio quibuſcumque in rebus, & cauſis diſtinctim explicatur. *ibid.* § 10. *& ſeq. p.* 181. Vid. *Aquilejenſe Moneſterium*.
DELEGATUS S. Sedis poteſt ſubdelegare. XVI. § 11 *p.* 44.
DEPOSITIONIS pœna ordinato a Pontifice, an irrogari poſſit per Ordinarium, diſputant, nec conveniunt Doctores. LXIV. § 18. *p.* 218.
DEVOLUTIO Bonorum juriſdictionalium ſpectantium ad Monaſterium, & Abatiam Sublacenſem, exiſtentium intra fines Ditionis Pontificiæ, ex quancumque Cauſa contingat. Cameræ Apoſtolicæ addicitur. XXVII. § 5. *p.* 73. Vid. *Sublacum*.
DIACONALIS oblatio ad Prothesim juxta Cræcam Liturgiam, an, & quomodo licita defendi poſſit? LIII. § 41. *p.* 167.
DIACONIS olium Dominici Sanguinis diſtributio fuit commiſſa, & ſubinde adempta ex juſtis cauſis. *ibid.* § 42. *p. ibid. & ſeq.*
Diaconis non ea omnia delegari poſſunt, quoad Corpus Chriſti myſticum, quæ delegantur Sacerdotibus. *In Append.* § 9. *p.* 248.
DIACONOS aliquando fuiſſe conſecratos Epiſcopos, vel Pontifices, non ante ſuſcepto Presbyterali Ordine, ſatis liquido non probatur. LXIV. § 10. *& ſeq. p.* 215. *& ſeq.*
DICTATUM S. Gregorii VII. Pontificis, genuinum ne ſit, an ſuppoſitum opus quæſtio eſt inter eruditos. LIV. § 21. *p.* 163.
Decretum, quod in eo legitur: Ut *Papæ ſolius nomen in Eccleſia recitetur*, quomodo accipiendum; *ibid.*
DIGNIORES ad Eccleſiaſticas dignitates ſunt nominandi. XV. § 7. *p.* 41.
DIGNITATES, & Canonicatus Capituli Veronenſis vacantes in menſe ordinario quomodo providendi? LIX. § 17. 18. *p.* 174. Vid. *Veronenſe Capitulum*.
DIONYSIUS Petavius Soc. Jeſu Sacerdos plurima eruditione commendatus. LIV. § 2. *p.* 158.
DIMISSORIALES Litteras concedere prohibetur Delegatus Apoſtolicus Perſonis quocumque titulo ſubjectis Monaſterio Monialium Ordinis S. Benedicti Civitatis Aquilejen. LXI. § 20. *p.* 146.
DISMEMBRATIONI, ſuppreſſioni, & erectioni Eccleſiarum, etiam Metropolitanarum, juſtam cauſam ſuppeditare poſſunt diſſidia, quæ aliter componi non poſſint. *I. ſub. init. p.* 1.
DISPENSATIO Matrimonialis ſuper tertio, & quarto gradu ſimplici, non ſe extendit, nec tolit impedimentum duplicis, tertii, & quarti gradus. LI. § 2. *& 6. p.* 150. *&* 151.
Diſpenſatio Matrimonialis obtenta ſuper remotiori, reticito proximiori, eſt valida, modo hic primum gradum nullatenus attingat. *ibid.* § *6. pag.* 151.
Diſpenſatio in radice Matrimonii a ſolo Romano Pontifice, & quidem nonniſi ex cauſis admodum urgentibus conceditur. *ibid:* § 7.
Quis ſit hujuſmodi diſpenſationis effectus? *ibid.*
Diſpenſatio in radice Matrimonii ab altero obtenta; ſub narrativa; quod alter conjux impedimentum ignoraret, nulla eſt; ſi alter demonſtret, ſe impedimenti conſcium fuiſſe ante petitam, obtentamque diſpenſationem. *ib. p.* 151.
Scientia tamen, & diſſenſus poſt diſpenſationem ſuperveniens non attenditur. *ibid.*
Diſpenſatio ſuper impedimentis Matrimonii an, & quando, & ad quos effectus concedi poſſit a Sacerdotibus Societatis Jeſu Miſſionariis per Indias Orientales, & Occidentales: LXVII. *per tot. pag.* 223.
DISPENSATIONI quandoque juſtam cauſam exhibet probabilis timor, nequis in apoſtaſiam prolabatur. XXXIII. § *6. p.* 89.
DISTRACTIO rerum, quæ ſint de ſpolio defuncti Præſulis in Neapolitano Regno, interdicitur uſque ad captam a ſucceſſore poſſeſſionem quatenus res tamdiu ſervari poſſint. LVII. § 9. *&* 10. *p.* 182. Vid. *Spolia*.
DOCTRINA Chriſtiana quomodo tradenda rudibus præſertim hominibus. XXXV. § 4. *p.* 95.
Quid præſtare debeant Epiſcopi, ut ea a nemine ignoretur; *ibid.* § 4.
S. Carolus Borromæus quantopere hac in re adlaboraverit? *ibid.* § 3. *p.* 93.
Doctrina Chriſtiana erudiuntur ii, qui in Baſilicis Urbis ſe exercent ſervilibus operibus ad obtinendas diſpenſationes ſuper impedimentis matrimonialibus. XXXV. § *ſub init. p.* 92.
DOCTRINÆ Chriſtianæ tradendæ quibus potiſſimum onus incumbat? *ibid.* § 4. *p.* 93.
DOCTORATUS nreceſſitas quoad eligendos in Vicarios Generales, ſive Capitulares, ſublata eſt pro iis Miſſionum Religionibus, in quibus vicarios ita qualificatos reperiri perdifficile eſt. L. § 4. *p.* 150.
DOMINIUM, an vero ſola diſpenſatio Bonorum Eccleſiæ, ſit penes Romanum Pontificem. Vid. *Papa*.
DUCUM Neoburgi factum, & obſequium erga Romanos Pontifices laudatur. XXXIII. § 9. *p.* 90.
DUELLUM committentes, quibus pœnis, & cenſuris fiant obnoxii juxta Tridentini Concilii, Prædeceſſorumque Pontificum Sanctiones. VI. § 1. *& ſeq. p.* 16.
Hujuſmodi pœnas a ſolemnibus ad privata duella protendit Gregorius XII. *ibid.* § 2. *p.* 16.
Et Clemens VIII. ad provocantes, ſuadentes, opem, conſiliumve præſtantes ſpectatores quoque, atque permittentes duellum. *ibid.* § 3.

Propoſitiones de Duello, damnatæ ab Alexandro VII. *ibid.* § 4.
Quinque propoſitiones nuper evulgatæ, tamquam falſæ, & ſcandaloſæ proſcribuntur. *ibid.* § 6.
Duello publico, ſeu privato alium interficiens immunitatis Eccleſiaſticæ beneficio privatur. *ibid.* § 8. *p.* 17.
Idque etiam, vivente adhuc ſaucio, ſi ex recepto vulnere grave immineat vitæ periculum, & percuſſorem ex ipſo loco immuni evadere poſſe proſpiciatur *ibid.*
Sepultura vero ſacra denegatur cuique, qui in duello, vel ex vulnere in duello accepto obierit, etiam ante ſententiam Judicis, ac licet datis non dubiis pœnitentiæ ſignis. *ibid.* § 9.
Duellorum prohibitivis ſanctionibus Hieroſolymitani Fratres, eorumque ſubditi ſubiiciuntur. XIII. § 11. *p.* 35.
DUUMVIRORUM Neapolitano Hoſpitali Sancti Angeli a Nido Præpoſitorum auctoritas, & exemptio a juriſdictione Archiſcopi. LII. § 5. *& ſeq. p.* 163. Vid. *Hoſpitale*.

E

ECCLESIA una eademque, quandoque communis fuit Græcis. & Latinis. XLVIII. § 35. *pag.* 169.
In Latinis Eccleſiis, an unum, vel plura Altaria fuerunt antiqus, diſputant eruditi. *ibid.* 37. *p.* 170.
Quid de Græcis? Vide *Altaria*.
Eccleſia per conſecrationis actum, juxta vetuſtiorem diſciplinam, Conſecranti ſubjiciebatur, etiamſi fuiſſet alienæ Diœceſis. LVIII. § 6. *p.* 186.
Eccleſia, de cujus conſecratione dubitatur, an conſecrari debat? *ibid.* § 2. *& ſeq. p.* 184.
Ab Hæreticis conſecratæ Eccleſiæ an, & quando ſint iterum conſecrandæ? *ibid.* § 3. *p.* 184. Vid. *Conſecratio*.
Eccleſia S. Blaſii Venetiarum perdiu communis fuit Græcis, & Latinis. XLVII. § 35. *p.* 134.
Eccleſia Lucenſis. Vid. *Lucenſis Reſpublica*.
ECCLESIÆ Cathedrales in partibus Infidelium ſitæ, habentes populum fidelem, quomodo providendæ? LXVI. *per tot. p.* 221.
De earum ſtatu quomodo inquirendum ſit, ac conficiendi Proceſſus? *ibid.* § 2. Vid. *Proceſſus*,
ECCLESIARUM Bona. Vid. *Papa*, *Bona Eccleſiarum*.
ECCLESIAS inconſulto Romano Pontifice, juxta vetuſtiorem Eccleſiæ diſciplinam, ipſis Epiſcopis conſecrare non licebat, *In Appendice* § 11. *p.* 249. Vid. *Conſecratio*.
EINSILDENSIS Monaſterii Abbatibus, iterato Pontificio Indulto conceſſa facultas conſecrandi Eccleſias, eaſque pollutas reconciliandi, *In Append.* § 14. *&* 15. *p.* 249.
Einſildenſis Sacelli mira Conſecratio, prout ab aliquibus narrata, recenſetur, *ibid.* § 13. *p.* 249.
ELECTIO: Pacta, ſeu Capitulationes, ante electionem ſtipulata, irrita ſunt, etſi æqua videantur: idque obtinet etiam quoad Collegia, Capitula, ſeu Monaſteria Fœminarum, vel quæ mixta dicuntur. XXXVI. § 2. *&* 3. *p.* 95.
ELECTIONES num iiſdem legibus peragantur, in Orientali, ac in Occidentali Eccleſia? *In Append. p.* 255.
Electiones, aliaque negotia in Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula, poſt tertium Scrutinium non abſoluta, judicio Correctoris Generalis, vel Provincialis dirimuntur, & perficiuntur. XXX. § 3. *pag.* 80.
ELECTIONIS, & confirmationis vim habet Conſiſtorialis Proviſio. LXIV. *in princ. p.* 211.
ELIÆ Archiepiſcopi Nicoſienſis Decreta Synodalia de Græcis Ritibus retinendis. XLVII. § 10. *p.* 125.
EMOLUMENTA a temporali juriſdictione provenientia in diſtrictu ad Sublacenſem Abatiam ſpectante diſtinctim indicantur poſt *Conſtit.* XXVII. *in ſucceſſivo Motu proprio a* § 2. *p.* 72. *& ſeq.* Vid. *Sublocum*.
EMPTIO Bonorum Eccleſiaſticorum ab Hæreticis occupatoribus, an juſtum tribuat titulum Emptori pacem retinendi. XXXIII. § 3. *p.* 87. Vid. *Bona Eccleſiarum*.
EPISCOPALIS Conſecratio. Vid. *Conſecrario Epiſcoporum*.
EPISCOPATU indignus eſt qui illum petit, vel appetit. XV. § 6. *&* 7. *p.* 43.
EPISCOPATUS nihil ſuperaddit Sacerdotio per relationem quoad Corpus Domini verum, ſed multo majorem juriſdictionem quoad Corpus Domini myſticum. *In Append.* § 9. *p.* 248.
Epiſcopatus an, & quomodo diſtinctus ſit a Præsbyteratu, diſputant Theologi. LXIV. § 10. *p.* 214.
EPISCOPI potiſſimum curam impendere debent in Cleri ſæcularis inſtitutione. XX. § 1. *&* 2. *pagin.* 55.
Epiſcopi etiam ſchiſmatici, valide tamen ordinari, titulo *Venerabilis Fratris* a Papa compellantur. LXIV. § 20. *p.* 219.
Epiſcopi ad Eccleſias in partibus Infidelium ſitas, & populum fidelem habentes, quomodo promovendi? LXVI. *per tot. p.* 221. Vid. *Proceſſus tum ſuper Statu &c.*
Epiſcopo ubique debitus honor, & reverentia, ab omnibus quantumcumque exemptis præſtanda eſt. LII. § 19. *p.* 160.
Epiſcoporum auctoritas in conſecrandis Eccleſiis, Ordinibus conferendis, ac miniſtrando Confirmationis Sacramento, an & quomodo differat a facultate iſthæc peragendi, ſimplici Præsbytero per Pontificem delegata. *In Appen.* § 8. *p.* 248.
Epiſcoporum Cauſæ, in quibus, ob criminis objecti gravitatem comparere debent, coram Romano Pontifice tantum proponi, & terminari debent. LXIV. § 18. *p.* 218.
Epiſcoporum conſecratio ex Indulto Apoſtolico peragi poteſt ab uno Epiſcopo una cum duobus Abbatibus, vel aliis duobus in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, *In Append.* § 21. *p.* 259.
Epiſcopus deponere, & ſuſpendere ſpectat, privative ad Romanum Pontificem. LXIV. § 18 *p.* 218.
EPISCOPUS die Dominico vel Natalitio Apoſtolorum conſecrari debet, niſi diſpenſaverit Pontifex. *ibid.* § 20. *p.* 219.
Epiſcopus eligi nequit, qui antea ſaltem ſex menſium Spatio non fuerit in Sacro Ordine conſtitutus. LXIV. § 13. *p.* 215.
Epiſcopis an unquam factus fuerit Diaconus, non collato ipſi antea Sacerdotali Ordine, diſputant Doctores, in contrarias opiniones abeuntes. *ibid.* § 10. *p.* 215.
Non conſtat, nec probatur perſpicue, fuiſſe unquam Diaconum in Epiſcopum, vel Pontificem Maximum conſecratum, quin Ordinem Presyteratus antea ſuſceperit. *ibid. &* § 9. *ſeq. p.* 214.
Epiſcopus *Quinquecclesienſis*, ejuſque Suceſſores, perpetua conceſſione uſus Pallii, & geſtandæ ſublimis Crucis donantur. XXXI. § 3. *p.* 80.
Epiſcopus Veronenſis. Vid. *Veronenſis Epiſcopus*.
ERECTIO Goritienſis Eccleſiæ in Archiepiſcopalem. Vid. *Goritienſis Eccleſiæ erectio*.
EUCHARISTIA illico poſt Baptiſmum fuit quandoque Pueris tum in Latina, tum in Orientali Eccleſia miniſtrata XLVII. § 24. *p.* 128. *& in Append.* § 9. *pag.* 244.
Quandonam is Ritus in utraque Eccleſia obſolverit. *ibid.*
Euchariſtia ſub utraque ſpecie, Laicis juxta Græcum, & Orientalem Ritum tributa. § 25. *ib.*
Quænam nuuc in pluribus Græcorum, & Orientalium Eccleſiis vigeat diſciplina? *ibid.*
Euchariſtia nonniſi a naturaliter jejunis licite ſumi poteſt. LV. § 3. *p.* 175.
Ex Pontificia diſpenſatione quandoque nonnullis conceſſum eſt, ut Euchariſtiam etiam non jejunii ſumere poſſent. *ibid.* § 9. *& ſeq. p.* 177. *& ſeq.*
Simile Indultum Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi concedit Pontifex. *ibid.* § 13. *p.* 179. Vid. *Jejunium naturale*.

Euchariſtia publicis Peccatoribus, ſive publice ſive privatе eam petentibus, denegari debet. LXII. § 3. pag. 179.
Publici, & notorii peccatores, qui revera dici debeant, ibid. § 4. & ſeq. p. 179.
In re dubia quomodo ſe gerere debeat Sacramentorum Miniſter. ibid. § 9. p. 181.
Euchariſtia non eſt in medias flammas projicienda ad incendium compeſcendum. XLIX. § 11. pag. 142.
Nec eadem ad experimentum quodcumque innocentiæ, vel culpæ, adhibenda. ibid. § 11.
Euchariſtia iis tantummodo Ritibus eſt colenda, quos non privata devotio, ſed Eccleſiaſtica auctoritas probaverit. ibid. § 12. & 13. p. 142. & 143.
Euchariſtiæ materia æque fermentatum eſt; ac azymum. XLVII. § 6. 13. & 22. p. 125. & ſeq.
Euchariſtiam Feria quinta in Cœna Domini conſecratam Græci aſſervare conſueverunt in annum integrum pro infirmis. XLVII. § 29. p. 130.
Ritum hujuſmodi iteratis vicibus fuit proſcriptus Ibidem.
Euchariſtiam in azymo conficiunt Armeni, Maronitæ, ac nonnulli Italo-Græci. ibid. § 23. p. 128.
Ritum hunc quandonam uſurpare iidem cœperint. Ibidem.
EUCHOLOGIUM Græcum quid ſit, opportuna definitione demonſtratur. LIV. § 1. p. 184.
Ejus correctio quibus auſpiciis primum cœpta, ſub pluribus Pontificibus continuata, & ſub Benedicto XIV. Pontifice Maximo abſoluta. ibid. § 2. & ſeq.
Congregatio ad correctionem Euchologii ab Urbano VIII. primum inſtituta, & a Benedicto XIV. P. M. reſtituta, quibus Viris conſtiterit; ibid. § 4. p. 159.
Euchologium Græcorum quantis laboribus reviſum, emendatumque? XLVII. § 18. p. 126.
Euchologium Græcum una cum latina verſione edidit circa annum 1647. P. Goarius Ordinis Prædicatorum, LIV. § 5. p. 159.
Euchologii complura exempla in Vaticana Bibliotheca aſſervantur. ibid. § 6.
Barberinum Euchologium S. Marci antiquiſſimum eſt, & unde ſic dictum fuerit. ibid.
Patriarchale Euchologium unde habitum, plurimaque ejuſdem auctoritas? ibid.
EXCOMMUNICATI: Pro excommunicatis publice in Miſſa, aliaque ſacra actione orari non poteſt licet pro eorum converſione privatas ad Deum preces fundere nemo prohibeatur. ibid. § 23. p. 163.
EXEMPTI quicumque, a reverentia Epiſcopo ubique præſtanda numquam eximuntur? LII. § 19. p. 155.
EXEMPTIO Monaſterii Monialium Ordinis Sancti Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis, adnexorumque ipſi Locorum ab Utinenſis, & Goritienſis Archiepiſcopi juriſdictione, late recenſetur. LXI. § 2. & ſeq. 178. Vid. Aquilejenſe Monaſterium.
Exemptio Canonicorum Præmonſtratenſium. Vid. Præmonſtratenſis Ordinis.
Exemptio a Datiis. Vid. Ferrarenſium privilegia.
Exemptione ampliſſima ab ordinaria, & delegata Archiepiſcopi Neapolitani juriſdictione fruitur Hoſpitale S. Angeli a Nido, quoad Eccleſiam, Oratorium, Bona, certumque Miniſtrorum numerum. LII. § 4. p. 153.
EXEQUATUR, ad executionem ſive realem in domo Officialis Sac. Inquiſitionis, ſive perſonalem contra Officialem ipſum perficiendam, eſt ab Inquiſitore obtinendum. XLIV. § 24. & ſeq. p. 119.
Et ſi executio perſonalis fieri debeat, ſuperaddi debet Oſtendatur per ſex dies ante. ibid. § 25.
Exequatur: Citationes in Curia Romana, vel a Vice-Legato Avenionenſi relaxatæ non indigent. Exequatur Rectoris Carpentoracten. XXI. § 10. p. 56.
EXERCITIA ſpiritualia ſemel in anno poteſt Rector Hoſpitalis S. Angeli a Nido Neapolitanæ Civitatis, præbere Miniſtris Hoſpitalis, clauſis Eccleſiæ januis. LII. § 17. p. 154.
EXORCIZATIO Obſeſſorum fieri non debet, admota ad eorum corpus Sanctiſſima Euchariſtia. XLIX. § 15. p. 145.
EXORCIZARI an poſſint res inanimes, & animalia irrationabilia? ibid. § 10. p. 141.
EXPENSÆ extraordinariæ a Communitatibus fieri nequeunt abſque licentia Congregationis Boni Regiminis. XXV. § 9. p. 64.
Expenſæ, & damna in Cauſis Criminalibus quandonam contra Ordinarios, eorumque Curias taxari debeant. XXVI. § 21. p. 67.
EXPOSITIO publica Sanctiſſimi Sacramenti ſemel in menſe fieri poteſt in Eccleſia Hoſpitalis S. Angeli a Nido Neapolis, irrequiſito ejuſdem Civitatis Archiepiſcopo. LII. § 18. pag. 155.
De Expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti Opus elucubratiſſimum compoſuit Joannes Baptiſta Thiers. XLIX. § 7. 139.
EXTREMA UNCTIO eſt verum Sacramentum a Chriſto inſtitutum, ſolis Infirmis miniſtrandum, non animæ ſolum, ſed etiam corporis ſaluti proficuum LIV. § 44. p. 167.
Sacramentum hoc apud Græcos, & Latinos variis nominibus deſignatum reperitur. ibid. § 45.
Subjectum capax Sacramenti eſt Chriſtifidelis graviter ægrotans. ibid. § 46.
Græcum Euchologium præſcribens, ut Sacro Oleo inungantur, qui ad Eccleſiam ſe conferunt, non idem extremam unctionem bene valentibus adminiſtrari permittit. ibid.
Extrema Unctio an fuerit unquem a Græcis injuncta, & miniſtrata ſacramentaliter confeſſis, in Sacramentalem ſatisfactionem? ibid. § 48. p. 168.
In Græca Eccleſia a ſeptem Sacerdotibus ſimul miniſtratur. ibid. § 46. pag. 168. Vid. Oleum Infirmorum.
Extrema Unctio poteſt a pluribus Sacerdotibus Comminiſtris, diverſas ægroti partes, vel ſenſus linientibus, valide, & quandoque etiam licite miniſtrari. In Append. § 15. p. 252.
Si Sacerdos inunctis ægri ſenſibus ſubito deficiat, alter Sacerdos non functionem ex integro incipere, ſed ſic incœptam complere debere. ibid.

F

FABRICA S. Petri in Cauſis ſuper executione Legatorum Piorum, Patentatos S. Officii, etiam privilegiatos, trahit ad ſuum Tribunal. XLVI. § 18. p. 119.
FACTA aliena in æquiorem partem quoad fieri poteſt interpretari debemus. XLIV. § 26. p. 148.
FACULTAS abſolvendi a reſervatis, etiam Sedi Apoſtolicæ, plerumque non complectitur facultatem abſolvendi a reſervatis Ordinario II. § 3. p. 7.
FAMILIARES Prælatorum Neapolitani Regni nequeunt moleſtari ſuper uſu rerum ad Præſules hujuſmodi, licet in extremis laborantes, pertinentium etiam ſub prætextu aſſecurationis. LVII. § 7. p. 182.
FERIA quinta majoris Hebdomadæ in nonnullis Eccleſiis per Africam Fideles Communionem ſumebant non jejuni, qui uſus ſubinde proſcriptus fuit. LV. § 6. & 7. p. 176. & ſeq.
FERRARENSIUM privilegia, tum pro exemptione a Datiis, tum pro libera extractione, Congregationi Camerali examinanda committuntur. XXVIII. § 1. p. 74.
Eorum diſtinctio in perſonales, ad certam generationem, & reales. ibid. § 4. p. 75.
Approbantur ea ſolummodo, quæ ex contractu oneroſo, vel in actu devolutionis Ducatus, conceſſa appareant. ibid. § 2. p. 74.
Quæque uti talia deſcripta fuere in Catalogis Deputatorum, & Congregationis reſolutionibus. ibid. § 6. p. 76.
Moderantur tamen ea, quæ ad futura quoque acquirenda Bona protendebantur. XXVIII. § 7. pag. 76.

Hu-

Hujuſmodi approbata privilegia in Codices diſtribui, & adnotari jubentur. ib. § 9. & 10.
FIDEI SPEI, ET CHARITATIS actus, ante, vel poſt Miſſam Parochialem, a Parocho alta voce recitari debent, Populo verba iterante. XXXV. § 4. p. 93.
FIDEI profeſſio expoſcitur a Græcis ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ redeuntibus. XLVII. § 17. p. 126.
Hujuſmodi profeſſionis formulæ duæ, quarum altera a Gregorio XIII., altera ab Urbano VIII. edita. ibid.
FIDE CONSTITUTUS Vid. Verba.
FIDEM virtualiter negat Chriſtifidelis, qui ad Religionem occultandam, & pœnam aliquam declinandam, aut captandam utilitatem, Mahumetanum nomen aſſumit. XXXVII. § 1. p. 95.
FISCUS quid probare debeat adverſus comprehenſos armorum vetitorum delatores, ut ſtatutas pœnas a Reo repetere poſſit. VIII. § 7. p. 19.
FLORENTINA Metropolitana Eccleſia fuit ſub annum 1436. ab Eugenio IX. Pontifice maxima ſolemnitate dicata. LVIII. § 23. p. 167.
FOEMINARUM Monaſteria, & Capitula mixta ſubſunt Innocentianæ Conſtitutioni interdicenti ne pacta, vel concordata quantumvis licita, ineantur ante electionem cum Perſona eligenda, vel poſtulanda. XXXVI. § 2. & 3. p. 94. & ſeq.
FONTANINUS Præſul vir plane ſingularis in comparata ſibi librorum notitia. XLIX. § 20. p. 146.
FORI privilegio quandonam, & quibus in Cauſis fruantur Patentati Sac. Inquiſitionis in Cauſis Civilibus. XLVI. § 17. & ſeq. p. 119. & ſeq.
Et quid de Cauſis Criminalibus ſtatuendum. ib. § 27. & ſeq. p. 120.
Fori declinatoriam quando proponere debeat Patentatus privilegiatus Sac. Inquiſitionis. ibid. § 21. p. 119.
Fori privilegio gaudet non ſolum Patentatus ipſe, ſed & ejus uxor, liberique, modo eadem domo, menſaque utantur. ib. § 17. p. 119.
Fori Privilegio in Cauſis Criminalibus per Patentatos renunciari non poteſt. ib. § 27. p. 120.
FORUM eligendi, variandique privilegio qualiter utantur Viduæ, & Pupilli adverſus Patentatos S. Officii § 20. p. 119.
S. FRANCISCI ASSISIENSIS virtutes extolluntur. XXXII. ſub init. p. 82.
FULDENSIS Abbatia. Vid. Abbatia.
Fuldenſis Epiſcopos, a quibus, & quanam ſervata forma ſit eligendus. IV. § 2. & ſeq. p. 13.
Fuldenſis Epiſcopus utitur quoque titulo, & jure Abbatis Fuldenſis ib. § 3. p. 14.
Fuldenſis Diœceſis, & epiſcopatus Moguntinæ Archiepiſcopali Eccleſiæ Jure Metropolitico eſt ſubjectus. LXIII. § 1. p. 182. Vid. Moguntina Archiepiſcopalis Eccleſia.
Fuldenſem Abbatem inter, & Epiſcopum Herbipolenſem inita tranſactio, ejuſdem confirmatio. III. p. 8. & ſeq.
Fuldenſi Abbati territorium ſeparatum, & ordinaria juriſdictio aſſeritur. ibid. § 4. p. 10.
Forma Litterarum, quibus Abbas ſuam electionem nanciat. Epiſc. Herbipolenſi. ib. § 5.
Jura Abbatis Fuldenſis, & Epiſcopi Herbipolenſis diſtinctius recenſentur. ib. § 9. & ſeq. p. 11.
Tranſactio Apoſtolica auctoritate confirmatur, excepto quinto capite. ibid. § 18. p. 13.
Fuldenſem Epiſcopum, & Abbatem inter, & Moguntinum Archiepiſcopum inita Concordia, ſeu tranſactio confirmatur. LXIX. p. 228.

G

GABELLAS, ſive publica vectigalia fraudantes Officiales Sac. Inquiſitionis, an, & quomodo Fori privilegio fruantur. XLVI. § 30. p. 120.
GORITIENSIS Eccleſiæ erectio in Archiepiſcopalem, & Metropolitanam confirmatur. I. pag. 1. & ſeq.
Eidem aſſignantur Suffraganeæ Eccleſiæ. ibid. § 2. p. 2.
Et Capitulum in ea conſtituitur, Dignitatibus conſtans, certoque Canonicorum numero. ibid. § 4. p. 3.
Inſignia Canonicorum, & manſionariorum. ib. § 14. p. 5.
Archiepiſcopalis, & Capitularis Menſæ, nec non cujuſque Canonicatus duo, ex certis fundis, & in certa deſignata ſumma conſtituitur. ib. § 5. & ſeqq. p. 3. & 4.
Juſpatronatus Metropolitanæ Eccleſiæ, Dignitatum, Canonicatuum, Manſionariorum &c. Reginæ Hungariæ, ejuſque Deſcendentibus tribuitur. ib. § 15. p. 5.
GRADUS remotioris expreſſio ſatis eſt ad validitatem diſpenſationis, obtentis poſtea ſuper propinquiore litteris declaratoriis, modo tamen hic primum gradum nullatenus attingat. LI. § 6. p. 151.
Graduum duplicitas eſt exprimenda, & obtinenda diſpenſatio, ut Matrimonium inter ſic conjunctos valide contrahi poſſit. ib. § 6.
GRÆCI Ritus olim ab imperitioribus Theologis damnati. XLVII. § 18. p. 126.
A Græcis, & Orientalibus Ritibus non licet ad Latinum tranſire, abſque diſpenſatione Apoſtolica. ib. § 21. p. 127.
Græci quandoque habuerunt Eccleſias communes cum Latinis, ib. § 35. p. 132.
Græci in Latinorum Epiſcoporum Diœceſibus commorantes impediri non debent, ne ſuis ritibus vivant. ib. § 13. p. 125.
Græci, qui Ritus ſuos ita ſectantur, ut Latinos damnent tanquam improbos, ſunt hoc ipſo hæretici. ib. § 22. p. 127.
Græci non ſunt a Latinis Eccleſiis arcendi, ubi præſertim propria carent Eccleſia. ibid. § 41. p. 191.
Traditur methodus ſervanda, ne inde ob Ritus varietatem diſcordiæ Latinos inter, & Græcos exoriantur. ibid.
Græci an veteri, vel potius novo Kalendario uti debeant. ibid. § 42. & ſeqq. p. 135. Vid. Kalendarium.
Græcorum ſchiſma, eorumque ad Apoſtolicam unitatem inconſtans converſio. ibid. § 4. & 5. & ſeq. pag. 124.
Græcorum unio ſemper ita inſtituta, & tractata, ut primum omnium mentio Romani Pontificis in Miſſa facienda ſtatuerentur. LIV. § 14. & ſeq. p. 144. Vid. Commemoratio.
Græcos ritus quantopere ſervari cupiat Apoſtolica Sedes, collectis innumeris Pontificum exemplis, demonſtratur. XLVII. § 7. & ſeq. p. 124. & ſeq.
GRATIANUS olim Amerinus Epiſcopus commendatur. XLVIII. § 26. p. 160.
GREGORIUS X. in Lugdunenſi Concilio Græcorum unionem complevit. XLVII. § 11. p. 125.
GREGORIUS XIII. Kalendarium plurimum adhibito labore emendavit. ib. § 43. p. 135.
GREGORIANUM Kalendarium. Vid. Kalendarium.
Gregorianus Cantus. Vid. Cantum Gregorianum.
GUBERNIUM Terræ Sublaci, reliquorumque Opidorum ab ea dependentium, ejuſque forma determinatur. XXVII. in ſucceſſivo Motu Proprio § 2. pag. 72. Vid. Sublacum.

H

HABILITATIO Reorum per Urbem quandonam ab Additore Generali Cameræ Apoſtolicæ concedi poſſit. XXVI. § 14. p. 70. & ſeq. Vid. Reus.
HABITU Prælatitio utitur, ex indulto Apoſtolicæ Sedis, Abbas Generalis Ordinis S. Hieronymi Congregationis Italicæ, etiam in Pontificia Cappella XLII. § 3. p. 100.
HERBIPOLENSES Epiſcopi jus habent prægeſtan-

dæ

dæ Crucis, & utendi Pallio. V. §. 2. *pag.* 15.
HEBRÆI Beatum Andream Rhinnenſem, & Beatum Simonem Tridentinum primæ ætatis infantes in odio Chriſti occiderunt. XLVIII. §. 1. & 5. *p.* 102. & 103.
Hebræorum crudelitate, atque perdito in Chriſtum odium plures infantes necati recenſentur. *ibid.* §. 13. *p.* 110.
HIERONYMUS Baruffaldus Archipresbyter in Collegiata Eccleſia S. Blaſii Civitatis Centi laudatur. XLI. §. 2. *p.* 99. Vid. *Centum.*
Hieronymiani Ordinis Abbas Generalis. Vid. *Abbas, Habitu.*
HISTORICI facilius recipiuntur in cauſa Beatificationis, quam Canonizationis. XLIII. §. 7. *p.* 113.
HOSPITALE S. Angeli a Nido Neapolitanæ Civitatis una cum omnibus Bonis, Juribus, nec non certo Inſerventium numero, eſt ab omnimoda Archiepiſcoporum tam ordinaria, quam delegata juriſdictione exemptum. LII. §. 4. & *ſeq.* *p.* 153.

I

JACOBUS Cardinalis Boncompagni Cappellam intra Bononienſem Metropolitanam inſigni opere conſtruxit. LVIII. *in princ.* *p.* 184.
JACOBUS Goarius Ordinis Prædicatorum plurimum Græcarum rerum peritia valuit. Græcumque Euchologium cum latina verſione edidit. LIV. §. 5. *pag.* 160.
IDENTITAS perſonæ non ſatis concluditur ex identiate nominis. XXIV. §. 11. *p.* 62.
IDIOMA Slavo litterale, Illiricæ Nationis Clero in Divinis Officiis interdicitur. XXXVIII. §. 1. *p.* 95.
JEJUNIUM naturalæ Euchariſtiæ Communioni præmittendum, non admittit parvitatem materiæ. §. 2. *p.* 175.
Non ſolum licuit, ſed etiam decuit, ut Eccleſia naturale jejunium Sacræ Communioni præmittendum ſanciret. *ibid.* §. 3.
Ab hujuſmodi lege jejunii ſolus Papa diſpenſare poteſt. *ib.* §. 4. *p.* 175.
Diſpenſatio iſthæc raro admodum, & nonniſi magna cauſa urgente, ſolet concedi. *ibid.* Vid. *Naturalem jejunium.*
JEJUNIUM apud Syros, Armenoſque ſervatur, cum abſtinentia a piſcibus. XLVII. §. 2. & 47. *p.* 123. & 136.
Hunc jejunii rigorem apud eos ſemper integrum eſſe voluit Sedes Apoſtolica. *ibid.*
Et non ſolum revocavit, quæ ſecus fuerant attentata per Epiſcopo, vel Patriarchas, ſed ne diſpenſandi quidem facultatem Miſſionariis concedere voluit. *ibid.*
JEROSOLYMITANI Ordinis tum ſpiritualia, tum temporalia privilegia, ac ſtatuta nunc vigentia confirmantur XIII. §. 1. *p.* 33.
Ordo idem, res, & perſonæ ſunt immediate S. Sedi ſubjectæ. *ib.* §. 2. *p.* 34.
Ideoque ſunt ab Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & aliorum quorumcumque juriſdictione exemptæ. *ib.* §. 3. *ibid.*
Novæ domus, & Præceptoriæ erigi poſſunt, irrequiſitis locorum Ordinariis. *ibid.* §. 4. *p.* 34.
Præſentati ad Parochiales, aliaſque Ordinis Eccleſias, ſine ulla exactione ſunt ab Ordinariis inſtituendi. *ib.* §. 5.
Fratres Cappellani, extra tempora, & a quocumque Catholico Antiſtite Ordines ſuſcipere poſſunt. *ibid.* §. 7. *ib.*
Iidem non obſtante contraria conſuetudine, in Eccleſiis, & Beneficiis Ordinis adnexis deputantur, ac removentur a Magno Magiſtro. *ib.* §. 17. *p.* 37.
Bona Religioni a quibuſcumque decimis, aliiſque oneribus Eccleſiaſticis, ac etiam Laicalibus ſunt exempta. *ib.* §. 7. & 8. *p.* 35. 36.
Patrimonialia vero Militum ab oneribus Communitativis. *ib.*
Jura, proventus, reſponſiones omnes indiſcriminatim communi ærario præſtari jubentur, abrogatis contrariis quibuſcumque privilegiis. *ib.* §. 12. *p.* 37.
Alienatio bonorum Religionis, inconſulto Magno Magiſtro facta, eſt nulla. *ib.* §. 13. *p.* 37. Vid. *Commendæ Ordinis S. Joannis.*
IGNIS: Ad extinguendum ignem vetitum eſt SS. Sacramentum e Tabernaculo educere, & cum eorum ad furentes flammas benedicere. XLIX. §. 24. & 26. *p.* 144. & 148.
Quid hac de re ſtatuatur in Sacerdoti Romano, & Rituali Card. Sanctorii. *ibid.* §. 18. *p.* 206. Vid. *Sacerdotale Romanum, Rituale, Incendium &c.*
ILARI nomen veteribus Chriſtianis fuit peruſitatum *In Append.* §. 7. *p.* 242.
ILLYRICA Natio quonam Ritu in Miſſis, aliiſque Divinis Officiis uti debeat. XXXVIII. §. 1. & *ſeq.* *p.* 96.
IMMUNDITIA legalis ſpectavit ad cæremonialia veteris Legis præcepta, ſublata per adventum Chriſti. §. 19. & *ſeq.* *pag.* 174. Vid. *Ciborum diſtinctio.*
IMMUNITAS Baſilicæ S. Franciſci Aſſiſienſis circumſcribitur, ac definitur. XXXII. §. 15. *p.* 84. Vid. *Aſſiſienſis Baſilicæ.*
Immunitate locali non gaudent domus, apothecæ, aliaque loca quorumcumque Officialium Sac. Inquiſitionis. XLVI. §. 16. *p.* 118.
Perquiſitiones tamen in domo Patentanti privilegiati, nonniſi cum interventu perſonæ ab Inquiſitore deputatæ, fieri permittuntur. *ibid.* §. 30. *p.* 120.
Immunitatem Eccleſiaſticam moderantes Conſtitutiones, ad Militam Hieroſolymitanam, loca, & perſonas protenduntur. XIII. §. 10. *p.* 35.
Immunitatis Eccleſiaſticæ beneficium quandonam duello pugnantibus, denegatur. VI. §. 8. *p.* 17. Vid. *Duellum.*
IMPEDIMENTA Matrimonii, an, & quando tollere, ſeu diſpenſare ſuper illis poſſint Sacerdotes Societatis Jeſu Miſſionarii ad Indias tam Orientales, quam Occidentales. LXVII. *per tot.* *p.* 224. & *ſeq.*
IMPERATORUM, Regumque commemoratio antiquitus, habita, & etiam nunc temporis ſit a Græcis inter Miſſarum ſolemnia. LIV. §. 24. & *ſeq.* *p.* 163.
Quomodo id nunc licere poſſit Græcis Orientalibus, dominos infideles patientibus. *ibid.* §. 27. & 28. *p.* 164.
Apud Latinos hujuſmodi commoratio fit in locis, ubi ex antiqua conſuetudine, vel Pontificia Indulto hujuſmodi mos inolevit. *ibid.* §. 16. *p.* 163.
INCENDIUM, an, & quando canonicum titulum præſtet conſecrandi iterum Eccleſiam igne exuſtam. LVIII. §. 7. *p.* 187. Vid. *Conſecratio.*
INCENDIUM prope Eccleſiam S. Nicolai in Carcere exortum, & quid ad illud extinguendum peractum fuerit. XLIX. §. 2. *p.* 138.
Educta ſacra Pixide Sanctiſſimum Sacramentum includente, ſuper Populum, & incendium verſus, benedixerat Sacerdos, an id rite factum? *ib.* §. 4. & *per tot.* *p.* 139. & *ſeq.*
INDICI Congregationis præcipua cura eſt proſcribendi libros noxios. XIX. §. 8. *pag.* 51. Vid. *Congregatio Indicis.*
INDIARUM Orientalium Miſſionarii Regulares, quomodo ſe gerere debeant in adminiſtratione Sacramentorum. XVI. §. 10. *p.* 44.
Indiarum Orientalium, & Occidentalium Miſſionarii ex Societate Jeſu an, & quomodo diſpenſare poſſint ſuper impedimentis Matrimonii tam contracti, quam contrahendi, & non minus pro interno, quam pro externo foro. LXVII. *per tot.* *pag.* 223. & *ſeq.*
Indiarum Occidentalium Parochiæ, ſublato aſſerto privativo jure Regularium, ſæcularibus Sacer-

cerdotibus canonice conferuntur. XVII. §. 2. & 3. *p.* 48.
Immo ſi ob defectum Sacerdotum Sæcularium iiſdem præficiantur Regulares, hi tanquam amovibiles ad nutum, poſſunt, nulla expreſſa cauſa, ab Ordinario, vel etiam a Superiore Regulari removeri. *ibid.* §. 2. Vid. *Regulares.*
Indiarum Vicarii Apoſtolici. Vid. *Vicarii Apoſtolici Indiarum.*
INDULGENTIAM Plenariam aliquoties concedere poſſunt Vicarii Apoſtolici in Anglia. XVI. §. 23. *p.* 47.
INFANS quis proprie dici poſſit. XLIII. §. 14. *p.* 107.
INFANTES Bethleemitici a bimatu, & infra tantum fuerunt ab Herode occiſi. *ibid.* §. 16. *p.* 108.
Improbabiles de eorum numero opiniones. *ibid.* §. 18. *p.* 109.
Uſus rationis non fuit ipſis acceleratus. *ibid.* §. 10. & 27. *p.* 105. & 113. tamen revera Martyres ſunt. *ibid.* §. 10. *p.* 105.
Cultum obtinent in univerſa Eccleſia a primis ſæculis. *ibid.* §. 18. *p.* 109.
Quare peculiari quodam cultu, ſuper reliquos Pueros in odium Chriſti occiſos, colantur. *ibid.* §. 27. *p.* 113.
Nonnullæ horum Infantium reliquiæ ad Liberianam Baſilicam a Sixto V. fuerunt translatæ. *ibid.* §. 20 *p.* 110. & *ſeq.*
Infantibus illico poſt Baptiſmum fuit quandoque Euchariſtia adminiſtrata. XLVII. §. 24. *p.* 129. Non eſt iiſdem ad ſalutem neceſſaria. *ibid.* Vid. *Euchariſtia.*
INFIRMI: Ad Infirmos non eſt deferenda Euchariſtia, ut eam tantummodo adorent, vel deoſculentur, ſi eamdem ſumere ipſo morbo impediantur. XLIX. §. 13. *p.* 143.
INNOCENTIANA Conſtitutio de non ineundis pactionibus, ſeu concordatis ante electionem cum eligendo, complectitur quoque Monaſteria Fœminarum, & Capitula, quæ mixta dicuntur. XXXVI. §. 2. & 3. *p.* 97.
INNOCENTII III., & Innocentii IV. Summorum Pontificum cura ſervandi Græcum Ritum. XLVII. §. 8. & 9. *p.* 124.
Innocentius XII. ſpolia Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, reliquorumque Prælatorum per Regnum Neapolitanum, addixit Eccleſiis, quibus illi, dum viverent, præfuerunt. LVII. §. 2. *p.* 181. Vid. *Spolia.*
S. INQUISITIONIS Officiales, & Miniſtri quot in unoquoque loco eſſe debeant. XLVI. §. 4. & *ſeqq.* & §. 34. *p.* 118. 120.
Eorum conditio, & habilitas ad concreditum ſibi munus obeundum. *ibid.* §. 7. *p.* 118.
A quibus, & quomodo ſinguli cooptandi. *ibid.* §. 5 & *ſeq.* §. 31. & *ſeq.* *p.* 118. 120.
Alii privilegiati, alii vero ſimplices dicuntur. *ib.* §. 4 & *ſeq.* &. §. 31. & *ſeq.*
Privilegiati, ampliſſima exemptione, & Fori privilegio in Cauſis Civilibus, & Criminalibus fruuntur. *ibid.* §. 7. & *ſeq.* *p.* 118.
Quid de non privilegiatis ſtatuendum. *ibid.* §. 31. & *ſeq.* *p.* 120. Vid. *Patentatis Fori privilegio.*
S. Inquiſitionis Congregatio. Vid. *Congregatio Romanæ Univerſalis Inquiſitionis.*
INSCRIPTIONE ſepulcrali probari, ac diſtingui Sanctorum Martyrum Corpora, a corporibus reliquorum Chriſtianorum, indubium eſt. *In Appendice* §. 8. *p.* 243.
INSCRIPTIONES complures ex veteribus Chriſtianorum ſepulchris afferuntur, & congrua interpretatione explicantur. *In Append.* II. §. 8. *p.* 243.
INSTITUTIO, & Inſtallatio Abbatum, ſeu Archimandritarum Congregationis Ruthenæ Ordinis S. Baſilii, ad quem pertineat. LVI. §. 2. *p.* 180.
INTERPRETATIO alieni facti in æquiorem partem ſemper eſt facienda. XLIX. §. 27. *p.* 244.
INTERROGATORIA ſuper ſtatu Eccleſiarum in partibus Infidelium, Populum Fidelem habentium, ac ſuper qualitatibus promovendorum, quomodo efformanda, ac conficiendi Proceſſus. LXVI. *per tot.* *p.* 221.
INTROITUS in Miſſa juxta Græcam Liturgiam duo ſunt: alter major, minor alter dicitur. LIV. §. 30 *p.* 164.
Varii utriuſque Ritus, atque doctores de iiſdem diſſerentes, recenſentur. *ibid.* & §. 31. *p.* 165.
Græcorum Ritus ad functionem majoris Introitus, alii damnant, defendunt alii. *ibid.* §. 33. & *ſeq.*
Quid de ejuſmodi majori Introitu, & Ritibus in eo adhiberi ſolitis ſenſerit, atque præſcripſerit Congregatio præpoſita correctioni Euchologii. *ibid.* §. 34. & *ſeq.* *p.* 166.
INVASORIBUS Bonorum Eccleſiaſticorum fuerunt eadem quandoque per Romanos Pontifices, maximis urgentibus rationibus relicta. XXXIII. §. 5. *p.* 88. Vid. *Papa, Bona Eccleſiarum.*
S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, an fateatur ſe Communionem miniſtraſſe non jejunis in Epiſtola 125. ad Cyriacum Epiſcopum. LXV. §. 6. & 8. *p.* 117. & 178.
JOANNES Palæologus nomen Romani Pontificis in ſacris diptychis reponi juſſit. XVI. §. 15. *p.* 161.
JOANNES BAPTISTA Thies opus compoſuit commendatum de expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti. XLIX. §. 16. *p.* 145.
Fundamenta inibi conſtitutæ ſententiæ expenduntur, ac vindicantur. *ibid.* §. 17.
JOANNES Morinus Presbyter Oratorii Gallicani plurimum ſua eruditione contulit ad correctionem Euchologii. LIV. §. 2. *p.* 159.
JOSEPHUS A CUPERTINO Sacerdos Profeſſus Ordinis Minorum Conventualium Beatorum Cathalogo accenſetur. XII. *p.* 32.
ISAIAS Schiſmaticus quomodo ad Catholicam unitatem una cum ſuis diſcipulis converſus. LIII. §. 6. *p.* 157.
ITALO GRÆCIS duo conſtituti ſunt Græci Epiſcopi, qui eoſdem ad Ordines promoveant. XLVII. §. 15. *p.* 126.
Coſtitutiones pro Italo-Græcis editæ, Græcos Græcis Epiſcopis ſubjectos non afficiunt, *ibid.* §. 15. & 16.
Italo Græcis, an liceat, ſine diſpenſatione Apoſtolica, ad Latinum Ritum tranſire. *ibid.* §. 21. *p.* 127.
Italo-Græci mentionem Romani Pontificis in Miſſa facere debent. LIV. §. 17. *p.* 161.
Italo-Greci quoad commemorationem in Miſſa habendam, latinam diſciplinam ſequi tenentur. *ibid.* §. 21. *p.* 162.
Ideoque nec Epiſcoporum, nec Patriarcharum Orientalium commemorationem facere debent in Sacrificio Miſſæ. *ibid.*
Italo-Græci an veteri, vel potius novo, emendatoque Kalendario uti debeant. XLVIII. §. 45. *p.* 135. Vid. *Kalendarium.*
JUDÆI Vid. *Hebræi.*
JUDICES Conſervatores eligendi facultas Militibus Hieroſolymitanis indulgetur. XIII. §. 19. *p.* 38.
In Cauſis paſſivis civilibus Equites Hieroſolymitani coram ſuis Judicibus in prima Inſtantia conveniri debent. *ibid.* §. 20.
JURAMENTUM ſolemne Obedientiæ, & Subjectionis Romano Pontifici, præſtandum eſt a Præſulibus, qui Pallii honore decorantur. XXXIX. §. 1. *p.* 97.
JURISDICTIO Rectoris Carpentoractenſi in Cauſis Criminalibus, Civilibus; & mixtis, definitur. XXI. §. 3. & *ſeq.* *p.* 55.
Juriſdictio in ſpiritualibus Monaſterio Sublacenſi, ut antea competebant, nunc quoque temporis competit, ſine diminutione. XXVII. §. 3. *p.* 72.
Juriſdictio temporalis Abbatiæ Sublacen. Vid. *Sublacum.*
A Juriſdictione ordinaria Epiſcopi ſui non eximitur quis ex eo tantum, quod ordinatus fuerit a Papa. LXIV. §. 18. *p.* 218.

Ju-